Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

Bibliographische Daten

Titel: Aristoteles – Nürnberg, STN, Cent. IV, 1
Signatur: Cent. IV, 1

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

utique et quod aliud non motum.
Sed aptum natum esse inclusis pluribus
qui et terra non fertur. Si infini
ta esset feretur terra a medi
o sed non quia non aliud invitatur
manebit in medio. Sed quia non apta
nata est sic. Sed tamen licebat utique
dicere et fulcit seipsam. Si igitur nec
in terra hoc causa est cum sit infinita
sed quia gravitatem habet grave enim ma
net in medio. Similiter et infinitum
manet utique in seipso propter quandam
aliam causam. Sed non quia infinitum est
et fulcit ipsum seipsum. Simul autem
manifestum quod si sit sic et quelibet pars
indigebit manere. Sic enim infinitum
in seipso manet se fulciens sic
et si quelibet pars accipiatur in se
ipsa manebit. Totius enim et par
tis similes loci sunt sicut terre to
tius et glebe deorsum et omnis ignis
et scintille sursum. Quare si in
finiti locus quod in seipso et idem
partis manebit ergo in seipso.
Omnino autem manifestum est quod impossibile est
simul dicere infinitum corpus et
locum quendam corporibus esse. Si omne
corpus sensibile aut gravita
tem habet aut levitatem et si grave
quidem in medium natura habet
ferri. Si vero leve sursum necesse
enim et infinitum corpus. Impossibile
autem omne utrumque aut medi
um utrumque ab utrumlibet sustinere.
Quomodo enim divides aut quomodo infini
ti erit hoc quidem sursum illud autem
deorsum aut ultimum aut medi
um. Amplius omne corpus sen
sibile in loco est. Loci autem species
et differentie sursum et deorsum et
sinistrorsum et hec non solum ad
nos et positione sunt. Sed in ipso
toto determinata sunt. Impossibile autem
autem in infinito hec esse. Simpliciter autem

si impossibile locum esse infinitum.
In loco autem esse corpus est. Impossibile esse
infinitum esse aliquod corpus.
At vero quod alicubi est et in lo
co est et quod in loco est alicubi est.
Si igitur nec quantitatem possibile est
infinitum esse. Quantum enim aliquid
erit ut bicubitum aut tricubi
tum. Hoc enim significat quantum sic et in
loco quia alicubi. Hoc autem aut sursum
aut deorsum aut in alia aliqua
distantia que sunt sex harum autem
unumquodque est terminus aliquis est.
Quod quidem igitur actu non sit
corpus infinitum simpliciter multa
ta impossibilia accidunt manifestum
est. Temporis manifestum ex hiis quod
autem si non sit infinitum. Simpliciter
multa impossibilia accidunt
manifestum est. Temporis enim erit quo
dam principium et finis et
magnitudines erunt non divi
sibiles in magnitudines et numerus
non erit infinitus. Cum autem deter
minatis sic neutro modo videtur contingere
ob hoc videlicet et manifestum est quod
sic quidem est sic autem non. Dicitur igitur
aliquid quidem potentia aliud vero actu
et infinitum est quidem appositione est
autem et ablatione. Magnitudo autem quod
quidem actu non sit infinita dictum
est. Divisione autem est. Propter enim athomos
indivisibiles. Non enim difficile in
terimere indivisibiles lineas. Relin
quitur enim potentia esse infinitum. Non
oportet autem potentia ens accipere sicut si
possibile hoc statuam esse quod et erit
hoc statua sicut et infinitum quod erit
actu. Sed quoniam multipliciter est esse
quemadmodum dies est et agon et semper aliud et
aliud fit sic et infinitum est et enim
in hiis et potentia est et actu. Olimpia
enim sunt et possibile agone
fieri et in eo quod sit aliud autem et [illegible]